



1675.

1. Perleius, David: De expensis victoriae alisq[ue] variis juris capitibus.

1676.

- 19^{te} Schulze, Bernhardus: Praeceptum decalogi: non mor. laboris.

1677.

1. Gottschalek, Martinus: De iure agrorum. Trip. I, exhibens agros ecclesiasticos et religiosos

1678.

1. Wipperman, Engelbertus: De mercatura.
2. Wipperman, Engelbertus: De constituto possessionis

1679.

- 19^{te} Wipperman, Engelbertus: Homo oriens et florens.
= 2 Sampl. 1679: 1729.

1682.

1. Zull, Hermannus: Specimen differentiarum juris civitatis communis et Hildesienensis circa instrumenta hypothecarum publicarum

1685

1. Cocleusius, Ewardus Franciscus: De homagio German-
Von der Landes-Huldigung.

1686.

1. Cocleusius, Ewardus Franciscus: De spe . . .

1687.

1. Bodinus, Henricus: Selectae resolutiones juris.
- 2^{tes} Bodinus, Henricus: De prohibita violatione
juris sepulchralis. 2^{tes} Imp. 1687? 1752.
3. Cocleusius, Ewardus Franciscus: De implemento
contractus. Innotat in ang. et S. offensis & L. Fuliacus
13 d. de act. empt. et vend.
4. Gall, Hermannus: De portatio juridica et l. emptoribus
9. Cod. de loc. et cond. communem eas dem legis inter-
pretationem et hinc enatur illud vulgare: Kauff
goret von Nische. 2^{tes} Imp. 1687.

llas

llus

ll-

ll



1745
1746
1747
1748
1749
1750
1751
1752
1753
1754
1755
1756
1757
1758
1759
1760
1761
1762
1763
1764
1765
1766
1767
1768
1769
1770
1771
1772
1773
1774
1775
1776
1777
1778
1779
1780
1781
1782
1783
1784
1785
1786
1787
1788
1789
1790
1791
1792
1793
1794
1795
1796
1797
1798
1799
1800







3. *Dissertatio Juridica Pra. 27. num. 27.*

INAUGURALIS

De

**EXPENSIS
VICTORIAE ALIISQVE
VARII JURIS CAPITIBVS**

1675. 1.

Quam
DEO Trinuno Clementer assistente

AUCTORITATE ET DECRETO

Magnifici, Nobilissimi & Amplissimi Ictorum Ordinis

IN

ILLUSTRI ACADEMIA

HASSO-SCHAUMBURGICA

PRÆSIDE

VIRO Nobilissimo, Amplissimo ac Consultissimo

DN. DAVIDE PESTELIO

J. U. D. Codicis & Feudorum PROFESSORE CELE-

BERRIMO, Inclytæ Facultatis JURIDICÆ hodie DECANO

& hujus Academiæ SENIORE

Dn. Promotore & Patrono Patris instar æternum devenerando

Pro LICENTIA

Summos utriusque juris Honores & Privilegia DOCTORALIA

consequendi

Publico Eruditorum Examine submitit

VALENTIN-WOLTER MOLANUS

In AUDITORIO ICTORVM

diebus 16. & 17. Septembr.



RINTELLI, Typis Godofr. Casp. N. Achter Acad. Typogr. An. 1675.

P 486/1981

Bibliotheca Juridica
LVAO G R A L L

EXPERTIS
VICTORIA ALISSOVA
VARIIVIS CAPITIBVS

DEO FELICIA CLAVENTOR ANTONIO
H. A. S. S. O. G. R. A. L. L.

DAVIDE PESTHIO
PRO LICENTIA

VALENTIN WOLTER MOLLANUS
LVAO G R A L L

...





Dissertatio Inauguralis.

THESIS. I.



Damnum à demendo & deminutione dictum, cum quis minus habet suo, sive illud suum ipsi competat ex merâ naturâ, s. accedente factô humano puta dominio, aut pacto. s. ex lege. Non solum dolo, sed & culpâ damnum inferitur, ubi intelligo culpam omnem, sive in faciendo, sive in non faciendo pugnantem cum eo, quod aut homines communiter, aut pro ratione certæ qualitatis facere debent: Ex tali culpâ obligatio naturaliter oritur, *si damnum datum est, nempe ut id resarciatur; Grot. d. 1. B. & P. l. 2. c. 17. n. 1. & 2.* Cujus præcepti æquitas pendet è duobus principiis naturalibus, quorum primum est hominem non debere alteri nocere, alterum, æqualitatem ubique servandam. Cum enim damnum à deminutione patrimonii dictum sit *l. 3. ff. de damn. inf.* certum est nemini licere damnum inferre: Cum igitur quis tale quid fecit, quod facere jus non habuit, consequens est, ut ea res ad æqualitatem reduci debeat, atque

A

ita



ita ab eo, qui damnum dedit damnum reparari. *Guil. Grov.*
d. princ. l. N. c. 13. Et hoc interdum verum est, quamvis sine
 culpâ tuâ, puta ab animali tuo facta pauperies, quæ est da-
 mnum sine injuriâ facientis datum. *l. 1. §. 3. ff. si quadrup.*
paup. fec. vid. Dn. Thom. d. nox animal. c. 2. §. 3. Quod,
 quamvis ipsum jus naturæ non ita præcisè dicitur: tamen ab
 eo non est alienum, imò æquitati maximè consentaneum;
 Quoda. *Gabriel Vasquez opusc. moral. d. restit. c. 2. §. 2. dub.*
I. n. 5. dispositionem hanc vocat legem naturalem expli-
 catam per legem humanam: in illis terminis admitti ne-
 quit, *Ratio* inquit, *quare jure naturali teneamur* (sc. ad resar-
 ciendum damnum ab animali datum) *postquam introducta*
est possessio & rerum divisio, per appropriationem non sublatum
jus naturale, quod habet unusquisq; ad recuperandû damnum, quod
passus est ab aliquo, si ve bruto, si ve libero, si ve servo. Unde si passus
est damnum ab animali ipsum animal manet obnoxium secundû
valorem sui, & ita dominus tenetur ad restitutionem, non ra-
tione sui, neque ratione culpæ, sed quia quicquid utilitatis afferit
est domini, ita & damni. *Vid. Grov. de l. B. & P. l. 2. c. 17. n.*
 21. Reparatio damni injuriâ dati usque eò se extendit, ut
 ejus quod interest ratio sit habenda *l. 21. §. 2. ff. ad l. Aquil.*
 nisi id quod interest sit incertissimum *l. 29. §. 3. d. 1.* sic ho-
 micida injustus solvere tenetur expensas, si quæ sunt in me-
 dicos factæ, & iis quos occisus alere ex officio cogebatur,
 puta parentibus, uxoribus, liberis tantum dare, quantum
 illa spes alimentorum valeat; Cum v. hoc sit quodammo-
 do incertum, jure Saxonum præstatur Werigeldum, quod
 est summa sexagenarum antiquarum s. viginti thalerorum
Gloss. in Landrecht lib. 1. art. 65. n. 5. VVehner. in verb. Wehr-
geld. Illud etiam, inquit Tribonianus, non ex verbis, sed ex
 inter-



interpretatione placuit, non solum perempti corporis æstimationem habendam esse; sed eo amplius, quidquid præterea perempto eo corpore damni nobis illatum fuerit, veluti, si servum tuum hæredem ab aliquo institutum ante quis occiderit, quam is jussu tuo hæreditatem adierit: nam hæreditatis quoque amissæ rationem esse habendam constat. ex §. 10. *l. de L. Aquil.* Damnum inferitur vel extra judicium vel in judicio. H. m. temerè litigando, quod tam in actore quam reo modò pecuniariâ poenâ, modò jurisjurandi religione, modo infamiæ metu coercetur *pr. l. de poen. tem. litig.* Olim in partem decimam litis actores multabantur & quidem veteri calumniæ actione, hodiè prohibis introductum est & jusjurandum Calumniæ, & ut improbus litigator & damnum & impensas litis inferre adversario suo cogatur §. 1. *l. d. poen. tem. litig. l. 79. ff. de judic. l. properandum §. sive autem. 6. C. d. judic. l. 4. C. d. fruct. & lit. expens. Nov. 82. c. 10.* Litis impensas Dd. vocant expensas Victoriæ, de quibus hac in dissertatione Inaugurali nonnulla scripturus sum, & ne incerto ordine circumvager, sequenti methodo progrediar & discursum his circumscribam limitibus 1. ponam descriptionem expensarum, quam explanabo per earum Etymologiam, synonymiam, divisionem & differentiam 2. causas cur quis solvere debeat expensas 3. Instantias & causas in quibus solvat. 4. causas justas, propter quas à solutione excusetur victus. 5. dicetur de juris remedio, quod competit pro consequendis expensis 6. de judicis officio circa adjudicationem expensarum, ubi in specie de taxatione quædam addam.

I I. Expensæ in genere nihil aliud sunt quam sumptus

A 2

ptus



ptus erogati *Vmm. disp. 22. th. 1.* & quidem derivantur à Verbo *expendo*, accepto vocabulo secundum vetustum morem æris expendendi s. ponderandi. Veteres enim argento signato non utebantur & propterea non numerabant, sed pendebant argentum *l. 1. ff. d. contrab. empt. vendit.* post nummum inventum an demum emptio venditio cœperit, jam non disputabo, res etiam videtur à Triboniano decisa in *§. 2. l. d. empt. vendit.* an benè, an malè non dico. Illud est absque dubio nummum esse ὑπάλλαγμα τῆς χρείας, ut dicit *Aristoteles 5. Ethic. 5.* Expendere pecuniam idem est, quod erogare & solvere & sumptus erogati rectè dicuntur expensæ. *Rubr. & l. 5. pr. C. de fruct. & litis expens.* Idque sive in certam rem sive personam vel alio modo facti fuerint *Gars. tr. de expens. & meliorat. c. 1. n. 7.* Vocantur expensæ jure nostro quoque impensæ. *l. 5. pr. & §. 1. C. d. fruct. & lit. expens.* Sunt qui sibi persuadent in *l. 8. §. 2. ff. de negot. gest.* pensationes idem significare quod expensæ, verum pensatio non expensas, sed compensationem ipsam significat *l. 15. ff. d. compensat. l. 39. ff. solut. matrim. l. 52. ff. fam. ercisc.* quod & notat Cujacius qui observavit, in quibusdam exemplaribus pro vocolâ pensationis positam esse compensationis vocem. *15. Observ. 1.* Alii expensas in *l. 7. §. 11. ff. solut. matrim.* pensiones denotare existimant: verum vocabulum pensiones ind. l. non expensas significare debet, sed mercedem prædiorum locatorum & quidem urbanorum, ut ostendit ipse textus, dum de dictis pensionibus dicit, idem observandum esse, quod in fructibus prædiorum rusticorum vid. *l. 36. ff. d. usur. & l. 29. ff. de heredit. pet.* in illâ dicit Ulpianus, quod urbanorum prædiorum pensiones pro fructibus accipiantur; in hac scribitur

mer.



mercedes à colonis acceptas esse loco fructuum, operas-
que servorum in eadem esse causâ, quâ sint pensiones. Sub-
jungo textum notabilem l. 27. ff. d. heredit. petit. ubi propo-
nit Ulpianus casum de pensionibus è lupanariis perceptis
an veniant? & dicit venire sc. sub hæreditatis petitionem,
vid. §. 1. d. l. unde probo pensiones jure nostro nihil aliud
significare quam mercedes, merces n. solet scortis dari s.
meretricibus, quæ merendo suam exercent militiam *Valla-*
de eleg. latin. ling.

III. Divido cum Dd. expensas in judiciales & ex-
tra judiciales, & his omissis, quæ non litis causa, sed extra
judicium in quascunque res impenduntur & habent in se
vel impendendi necessitatem, vel utilitatem, vel tantum vo-
luptatem. *Vid. l. 1. §. 1. l. 2. 3. ff. d. impens. in res dot. fact. l. 5.*
§. fin. ff. eod. l. 79. §. 2. ff. d. V. S. l. 7. pr. ff. d. impens. in res
dot. fact. Transeo ad judiciales sc. quæ sunt judicii i. e. Litis
causâ. *L. un. C. d. sumpt. recuper.* unde passim vocantur im-
pensæ litis §. *hæc autem l. d. pæn. lem. litig.* Germ. *Gerichts-*
Kosten. Quæ in genere omnes expensas complectuntur
(sive proficiscantur ex temerariâ citatione, sive contuma-
ciâ partium, sive retardato processu, sive deniq; ex Victoriâ)
& non ita malè à Dd. subdividi solent in judiciales in spe-
cie ita dictas & extra judiciales; illæ circa, judicium, ut judici
ejusdemque ministris sc. actuario, nuntio aliisque erogan-
tur; hæ circa personas litigantium advocatis sc. procura-
toribus & aliis, quò referuntur sumptus vecturarum & iti-
neris. Quanta sit inter has differentia jure Electorali Saxo-
nico notat *Carpzov. l. R. S. p. I. c. 31. pr.* Wann die Gerichts Kos-
ten/so jemanden zu erkand/ohne Eid angegebẽ/welche auf das
Gericht gangen/und also wegen des Proceßs nothwendig auff-
A. 3
gewenz



gewendet worden/ als citation , Urtheil Geld/ Boten Lohs
und dergleichen/ da aber andere expens mit eingemengeset / die
extrajudiciales gewesen / als was auff Fuhrlohn/ die Reis
sen Zehrung inden Herbergen/ Advocaten Lohn &c. außge
ben/ die hat man gänzlich dieß als übergangen. Idem con
firmat d. *Constit. defm. 9.* ubi addit sequens præjudicium :
daß der Notarius Adjunctus, so in der zwischen euch und Jo
nas Bosen erstandenen peinlichen Rechtfertigung/gebraucht
worden/ die angegebene 25. fl. 15. gr. Reisegeld/ vermöge des
Churfürstl. Sächsischen Torgawischen Ausschreibens zu
sodern nicht befugt/ &c. *vid. d. Const. defm. 11. Elect. Saxon.
Ordin. judic. tit. 36.* S. wann es dann zur moderation
kömpt.

I V. Litigantes expensas faciunt alias ex necessitate, a
lias ex voluntate, h. m. si sint delicati, liberales, ut si advoca
tis præter debitum honorarium aliquid dederint aut an
num salarium pro navandâ operâ nimis munificè consti
tuerint, tunc voluntarias, non tamen voluptuarias faciunt
expensas, si v. rusticus qui pedes ire tenetur equum condu
xerit, ut litem in urbe curaret, delicatum agit & voluptua
rium *Asin. in prax. judic. § 32. c. 3. Laufranc. in aur. prax. C.
d. expens. Vmm. disp. 30. th. 4.* tales expensæ dicuntur
supervacua & immoderata luxuria *l. 40. pr. ff. d. damn.
infecto.* Quo tamen non pertinet arrha, quæ advocatis
& procuratoribus dari solet, sed pars videtur honorarii
vid. VVebner. Observ. lit. E. in Wort Expens, & in taxatione
detrahitur, quod ante ratione istius causæ à partibus acce
perunt : Idque prius in Camerâ Assessoribus secundum
Ordinationem indicare debent, quod tn. hodiè secundum
quosdâ Dd. nõ faciunt. De consiliis Dd, quæritur an ad vo
lunta



luntarias expensas possint referri? consilia quæ non exhibentur judicialiter, non taxantur, quia non sunt expensæ judiciales. *Rathschlag und Belehrung bey den Rechtsgelehrten so gemeiniglich ad acta zu registrirn extra judicialiter eingeschoben oder einbracht werden / seind bißhero nicht taxiret.* Porro distinguendum puto inter casus, in quibus consilia petuntur à iudice, & in quibus ab unâ vel alterâ litigantium tantum parte: si informatio ab alterutrâ litigantium parte petita sit (plerumq; n. partes secerò à Doctõibus & Facultatibus petere solent consilia. *Vmm. d. process. disp. 22. th. 5.*) à parte petente solvi debêt expensæ & voluntariis sunt annumerandæ. Sin v. à iudice utriusq; partis consensu, aut ex officio ad Collegium juridicum acta mittuntur, communibus partium sumptibus id fieri debet, deinde victor à victo suam partem repetit vid. *Recessum deputatorum de anno 1600. & Recessum I. novissimum d. anno 54. S. doch mit diesem 107.*

V. Expensæ sine quibus litigantes jus suum in iudicio persequi & defendere nequeunt, dicuntur necessariae *Vmm. d. d. th. 4. n. 6.* quales sunt, quæ in Camerâ aliisque iudiciis inferioribus pro citatione, inhibitione, compulsorialibus, mandatis, Commissionibus, dilationibus & Executionibus solvuntur; item quæ advocatis, procuratoribus & notariis pro scripturis aliisque operis, etiam testibus proviatico & quas alias in itinere cum proficiscuntur in locum iudicii expendere debent *Gail. Obs. 151. n. 2. infm. & n. 4. Ordin. Cam. p. 3. t. 51. S. weiter sol den Advocaten & seqq.* Ejusmodi expensas accuratius in quinque quam quatuor classes dividi censeo vid. *Mund. d. Rodach. in tr. de diffam. c. 5. S. 5. n. 60. & seqq.* Ad primam classem referuntur, quas



quas requirunt *Dd.* pro redimendo processu & faciendâ
 executione, ut quæ in advocatos, procuratores, notarios
 & tabellarios erogantur *l. 15. C. de judic. Ordin. Cam. all. loc.*
Vehn. in verb. Expens und Unkosten. Secundam classem
 conficiunt expensæ, quæ fiunt pro examine testium, uti
 sumptus ad iter faciendum testibus suppeditati, item quæ
 dantur Commissario ad testes examinandos deputato
c. statutum §. proferendo d. rescript. in 6. Ita si senex sit te-
 stis, aut ægrotus, aut nobilis vehiculum est illis præben-
 dum *Sichard. ad l. 10. n. 7. C. d. testibus.* Huc v. non perti-
 nent sumptus in examen ob perpetuam rei memoriam
 facti, quia non attingunt ipsum processum *Vmm. d. l. th. 5.*
 Ad tertium membrum pertinent sportulæ, quas litigantes
 solvunt iudici; jure justiniano si lis excedat centum
 aureos, duo aurei ab utraque parte in litis ingressu, & duo in
 fine negotii iudicibus pedaneis dantur *Nov. 82. c. 9.* Af-
 fessores in Camerâ gratis causæ cognitioni interesse de-
 bent *Gail. 1. observ. 151. n. 7.* moribus diversum obtinet
 atque tam ordinariis, quam extraordinariis iudicibus spor-
 tulæ solvuntur *Vmm. d. l.* Ad quartam classem referuntur
 sportulæ, quæ apparitoribus & executoribus dantur *Nov.*
112. c. 2. l. ult. C. de principibus agentium in rebus. Quintam
 classem conficiunt Cibaria alique sumptus à litigante in i-
 ter impensi *Bocerus disp. 30. n. 13.* Et quamvis Gailius de
 his nihil dicat, est tamen æquum, ut eorum rationem ha-
 beat iudex, quoniam litigans factò adversarii compulsus
 impendit. *Bart. in l. 79. n. 3. de judic.* Quæro quò damna
 referri debeant, quæ passus est unus litigantium? cum di-
 stinctione respondent *Dd.* vel damnum in personâ peten-
 tis consistit, ut si talis sit persona, quæ ex arte suâ lucrum fa-
 cit



cit & huc rectè referuntur veniuntque in restitutionem
Iason in l. 13. §. 6. C. d. judic. n. 13. Ita si victor sit artifex, qui
diu ex causâ litigii à labore vacavit, damni ratio in con-
demnatione expensarum haberi debet *Gail. d. l. n. 18.* vel
sunt damna externa, ut si litigans in itinere spoliatus, aut e-
quus pereat, ad necessarias non referuntur *Asin. §. 32. c. 3.*
n. 13. Tessaure. decis. 67. n. 4. Carpz. I. F. p. I. C. 31. d. 13.

VI. Causam expensarum restituendarum facio
duplicem, contumaciam & temeritatem, & utramque pu-
to sufficientem ad repetitionem: *c. 1. de dolo & contum. in*
6. c. ult. x. de rescriptis. c. in fin. x. d. major. & obedient.
Contumacia quid operetur vide *ap. Bocer. disp. 30. th.*
14. primò quærenda est temeritas ex citatione, quæ si
sit temeraria, rectè condemnatur in expensas, qui ci-
tari fecit adversarium *l. 79. pr. ff. d. judic. variis a. modis*
quis temerè citatur; veluti si actor in termino non pa-
ratus sit expedire, cujus gratia reus citatus comparuit.
Sich. in l. 2. C. de dilat. aut si quis studiosè aliquem ad in-
competentem judicem citavit; plura *vid. ap. Asin. in prax.*
Florent. §. 32. c. 2. lim. 12. & seqq. Secundò apparet teme-
ritas in retardato processu; Si ad sufflaminandum justi-
tiæ cursum & processum exceptiones frivolaæ cum manife-
stâ malitiâ opponantur *l. 4. C. d. fruct. & tit. expens. &*
Brunn. ad h. l. veluti si adversarius libellum mutet. *Asin. d. l.*
c. 2. ampl. 17, aut emendet *Asin. ib. ampl. 15. vid. Vimm. cit. l.*
th. 6. n. 24. Tertia causa expensarum restituendarum est
VICTORIA, vel potius temeritas litigatoris victi. *l. 13. §.*
6. C. d. judic. Auth. generatiter C. d. Episc. & Cleric. c. ult. in
fin. x. d. major. & obedient. c. calumniam x. de pœnis. Ioh.
Petr. de Ferrariis in prax. aur. tit. 2. gloss. 25. num. 3. Ordin.

B

pro.



proces. judic. E. S. tit. 36. §. So wollen wir (ubi porrò ponitur) daß so offte befunden wird/ daß ein oder ander Theil nicht erhebliche Ursachen gehabt/ mann dasselbe in die expens verurtheilen solle. Idque æquitate suadente, ne temeritas victi noceat victori, & eâ manente impunitâ, malitia litigantium in diem crescat contra *pr. 1. de pæn. tem. lit.* Vocantur tales sumptus expensæ temeritatis, Item expensæ Victoriæ, quæ nihil aliud sunt, quàm sumptus litis, victori à victo, qui injustam & improbam litem movit, restituendi.

V I I. De his notanda est regula juris communissima: Victus victori in expensas est condemnandus, sive actor sit, sive reus qui vincitur *l. eum quem ff. de judic. l. properandum 13. §. si ve autem C. eod. l. non ignorat. C. de fruct. & lit. expens.* Idque confirmatum est jure novissimo *Nov. 82. c. 10. §. oportet autem. Cavalcan. in tr. de brachio Regio part. 4. Gail. 1. observ. 151. Struv. Exerc. 4. 4. th. 6. Mynsing. 4. obs. 55. A sin. §. 32. c. 2. in summ. qui ex Jacob. de Mand. notat, in Rotâ & ejus stylo expensarum condemnationem indifferenter fieri, sive justè sive injustè quis litigaverit, quemadmodum & in urbe Montis Politani extat Statutum, ut victus victori sive justè sive injustè litigaverit, semper in expensas condemnatur; Quod videtur iniquum, quia justissima lanx justitiæ cuique suum tribuentis suadet, imò dicitur, ut victo omni culpâ carenti onus expensarum remittatur, *Gudelin. de jur. noviss. lib. 4. c. 13.* Itaque dictam regulam (sc. per hoc ut justam Causam habens à refusione expensarum absolvatur) rectè limitari dicit *Lanfranc. in aur. prax. c. ult.* Quod si quis partim justam, partim injustam causam habet, quæritur, quatenus in expensas condemnari debeat? putant aliqui inter quos est *Decius in l. 42. d. R. 1. in*
omnes*



omnes expensas condemnandum esse, quia cognitâ malâ causâ in lite perseveravit, & ex eo pt. conjectura sumi, eum fuisse litigaturum, quamvis ab initio intellexisset, se malam causam habere. Verùm rectius asserit contrarium *Faehin. 1. Controv. 41.* ubi respondet ad objectiones & sententiâ Bartoli sequitur, qui tempus, quo quis injustâ causam, accuratè distinguit à tempore, quo quis justam causam litigandi habet. Et non modò hoc, sed illud etiâ admitto, quòd adversarius si malitiosè differat proferre instrumentû à quo litis pendet decisio usque ad finem litis, ut adversarium inutilibus expensis fatiget, meritò condemnetur in expensas. *c. finem x. d. rescript.* licet obtineat in causâ principali *Hieron. Mariliani decis. 34. n. 4.* Porro quæro, si quis liti renuntiat, an propriè sit victus, & expensas refundere debeat? Quod affirmatur per *l. 79. ff. de judic. c. 5. x. de dol. & contum.* Unde quoque expensasolvere tenetur, qui summam petitam lite seu processu pendente persolvit, quod ad eò extendit *Hieronimus Mariliani decis. 34. n. 3. & 4.* ut statuat, quamvis pendente lite solvens postea sit per sententiam absolveudus, tamen eum in expensas ab actore non remissas à iudice condemnari debere. Si vincens renuntiationem non attendere, aut solutionem sine justâ causâ non accipere, sed sententiam expectare velit; tunc reus ad expensas post illam renuntiationem aut solutionem factas non tenetur, quia cessat causa repetendi, nempe temeritas litigandi. *Berlich. p. 2. concl. 54 n. 4.*

VIII. Regula nostra: Victus victori in expensas condemnandus; locum habet tam in causis secundæ, quam primæ instantiæ *Magenhorst. ad Ordin. Cam. p. 3. tit. 5. pr.* Quod indistinctè Dd. affirmant de primâ instantiâ & de se-



cundâ, quoad appellan-tem *Gail. 1. Obs. 152. n. 4. Aſin. d. c. 2. ampl. 6 p. 632.* Quod ſi appellatus ſuccumbat, diſtingui debet, utrum iudex appellationis ex prioribus actis eum condemnaverit, an propter noviter deducta & probata. In illo caſu appellatum ad reſuſionem expenſarum teneri, tradit *Lanfranc. d. c. ult. n. 5. verſ. concludit. Gail. d. l.* Rationem aliqui addunt: Quòd condemnatus ex actis primæ instantiæ in jure erraſſe videatur, cum ſcire debuerit ſe injuſtam fovere cauſam injuſtâ ſententiâ obtentam, ad- eoq; ſe temerè litigare *Fach. cit. loc.* Verùm enim verò con- traria ſententia eſt, verior ſc. quod appellatus in cauſâ ap- pellationis ab expenſis abſolvi debeat, & quidem propter auctoritatem prioris ſententiæ, quæ tamen ſi evidenter eſſet injuſta contra leges aut ſacras conſtitutiones lata, vel contra manifeſtum jus litigatoris, rectè prudenterque ju- dicem facturum exiſtimo, ſi ſententiam ſaltem reforma- verit & temerè litigantem expenſarum condemnatione mulctaverit. *Fach. d. l. in fin.* & hanc opinionem moribus eſſe receptam & in Camerâ obſervari teſtantur *Gail. 1. Obs. 152.* Quod ſi doceatur nullitas, licet ſit evidens, veluti ſi iudices ſeculares de ſpirituali cauſâ ſententiam dixerint, & cauſa reſerverur in Camerâ, expenſæ ſolent compenſa- ri: prout factum eſt in cauſa *Flotam contra Ducem megapo- litanum.* *Mynſing. cent. 5. Obs. 91. n. 4.* De praxi commu- ni *Franciſcus Monaldus conſil. 131. n. 14.* dicit contrarium obſervari: ſc. appellatum, ſi ſententia prioris Instantiæ fue- rit nulla, in ſecundâ instantiâ victum ex iisdem etiam actis in expenſas condemnandum, quod etiam confir- mant allegati à *Bocero*; hac nempe moti ratione, quod juris error ſit ignorare, juſta ſit ſententia, nec ne, qui ne-
mi



mini patrocinari debet *l. 9. ff. d. jur. & fact. ignor. l. II. §. 4. ff. d. his qui notantur infam.*

I X. Regula nostra an locum habeat in causis criminalibus variant *Dd.* uti videre licet apud *Iulium Clarum lib. 5. sent. §. fin. q. 62. n. 4.* qui adducit Baldum dicentem negativam experientiâ confirmari & se nunquam vidisse victum condemnari in expensas in causâ criminali vid. *Fachin. 1. Controv. 42.* Alii negant quando inquisitio instituta fuit *Vmm. disp. 22. th. 7. n. 26.* Contraria sententia de iure verior est *l. ult. C. d. fiunt. & lit. expens. l. 27. §. 15. ff. ad L. lul. de adult. l. 13. §. 6. C. d. judic. P. H. D. art. 201. & 206.* Quoniam tam in causâ criminali, quàm civili quis temerè iudicium suscipere potest, & profectò, qui criminaliter agit, majorem debet adhibere diligentiam, ne sanguinem humanum fundat & hominem ad imaginem Dei conditum è medio tollat. Deinde verum est *per l. 3. C. d. his qui accusare non possunt* ex quâ constat quod Viatica sumptusque litis præstentur ei, cujus accusator destitit. Si v. qui destitit in expensas condemnatur, consequens est, eum quoq; qui malam litem temerè persecutus est, in expensas condemnari, cùm improbior videatur, qui perstat, quàm qui desit temerè litigari *Covarruv. quest. 27. n. 2. Gail. 1. Obs. 152. Ex d. l. 3.* porrò apparet, accusatorem per contumaciam absentem in expensas condemnandû; si ergò in expensas condemnandus, de quo præsumptivè saltem constat ipsum temerè accusasse, multò magis tenebitur, qui iudicio temerariæ accusationis convictus est, Ita *Vmmius post disp. 22. in coroll.* argumentatur. Præterea nostræ sententiæ adstipulatur *Gailius d. l.* ubi hoc in criminalibus procedere dicit, sive procedatur per viam accu-



sationis, sive denuntiationis & inquisitionis, quia non tantum generaliter in jure cautum est, quod victus victori in expensas condemnandus, sed etiam æquum est, indistinctè resarciri damnum, quod alterius facto alteri obvenit, vid. *Bocer. Class. 9. disp. 30. th. 22. lit. b. & th. 23.* ubi asserit ipsum judicem, si malè vel calumniosè inquisierit, reo ad expensas & interesse teneri *per text. in c. 48. vers. eumque adversus in fin. x. de sentent. excommun. Gail. cit. l. num. 2.* Queritur, an, quæ quoad accusatorem plana sunt, etiam de reo asserere liceat? De reo statuit idem quod de accusatore *Vinn. d. l.* Quod alii Doctores ad relegationem pœnasque pecuniarias restringunt *Carpz. I. R. S. p. I. c. 31. def. 24. & in pract. Crim. p. 3. q. 138. n. 7. & seqq.* Nam qui profanguine redimendo litigat, malitiosè aut temerè litigare nequit, quia licet sanguinem suum quomodamque redimere *arg. l. 4. d. I. & d.* quæ ratio mihi non videtur sufficiens, justum n. modum, puto *l. 4. supponit & requirit, sive non planè injustum. §. 2. l. de L. Aquil.* alias rationes addit *Carpzovius* in suâ practicâ criminali allegato loco & in *Jurisprudentiâ R. S. præjudicium;* Verba sententiæ sunt: *Dafern aber der Gefangener nicht peinlichen/ sondern allein mit Landsverweisung in Straffe genommen würde/ so wäre er auch auff solchen Fall/ zugleich die auff diese Sache gewendete Unkosten auff Richterliche Ermessung zu erstatten schuldig.* Si pœna sanguinaria dicitur Victo, magistratus, qui merum habet imperium, ex fisco sumptus præprimis ratione fructuum jurisdictionalium solvit *Carpz. ib.* novi tamen quod in quibusdam locis in processu contra Sagas ex bonis earum expensæ solvantur, quo possit processus absque damno Civitatis institui; imo



imò ditiores ultra expensas, quod planè improbo, pro complicibus solvere debent, & ad hoc allegant Besoldum p. 3. cons. 3. & pag. 4. cons. 179. qui limites præscribit, welcher gestalt gegen dem maleficanten zu procediren vid. Georg. Ludov. Lünden Spurr in Comment. ad ord. polit. Duc. Würtemb. ad Fürstl. Ausschreiben de dato 23. Junii Anno 1621.

X. Verum est quod etiam interlocutoriâ victus victori in expensas condemnandus sit, sed quæritur si, fortasse quispiam interlocutoriâ condemnatus sit, & in definitiva deinde etiam in expensis obtinuerit: an primas interlocutoriæ expensas recuperet? Pono casum: Seius litigabat cum Cajo & ob contumaciam ad decem expensarum causa condemnatus est Cajus, quas etiam solvit: Deinde verò pro Cajo fertur definitiva sententia, quâ Seius in expensas condemnatur, an ex hac sententiæ definitivæ condemnatione ea decem, quæ solvit Cajus, repetere possit? affirmativam defendunt aliqui per *textum in L. cum autem §. cum redhiberetur ff. de adilit. edict.* ubi id quod emptor à venditore ejus contumaciâ consequitur, venditione redhibitoriâ actione resolutâ, illi restituere tenetur. Respondeo quòd à diversis mala fiat illatio. In dicta L. ponitur casus actionis redhibitoriæ, cujus natura est, ut omnia in pristinum statum, ac si venditio facta non fuisset, restituantur *l. redhibere 21. in pr. d. adilit. edict.* verum si venditio facta non fuisset; ad illa decem condemnatus non fuisset E. Contrarium itaq; puto verius esse quod decem Cajus repetere nō possit per *l. si pignor. ff. d. pignor. & l. 3. §. pen. ff. quibus mod. usufr. acquir. 2.* quia alioquin contumacia esset impunita, contra eam, quæ habentur in *l. ita vulneratus ff. ad L. aquil.* Adjungo quæ-
stionem



sionem minoris momenti an reus, qui ex propria confessione condemnatur initio litis, expensas solvat? Hic ad rem aliquid confert *l. 79. ff. d. judic.* secundum quam temerariae citationis expensae sunt refundendae, & non valet distinctio inter expensas ante & post litem contestatam factas *l. properandum §. si ve autem alterutra C. de judic.* praeterea actor non habet necesse denunciare prius adversario suo, quam eum in iudicium vocet, si reo sit praefinitum tempus solvendi, quo debitum offerre debuit *c. cum dilecti in fin. x. de dolo & contumac.* Cum dies interpellat pro homine *l. 12. C. d. contrah. & committ. stip.* Si certus dies non sit solutioni praefinitus, debet praecedere extrajudicialis interpellatio, alias non est ad litis expensas condemnandus, nec ad litem contestandam cogendus si in principio litis confiteatur *Asin. Alleg. xv. c. 2. amp. 55.* Quod si semel tantum aut bis citatus non compareret, in expensas recte condemnatur, non solum quas adversarius in citando, sed etiam quas expectans fecit, ut habetur in *c. querelam, ubi Gloss. & Abb. tradunt x. d. procurat.* Id tamen tum procedere volunt Doctores, quando primo citatus secundam & tertiam citationem expectavit, secus v. si termino primae citationis elapso, ante secundam citationem, coram iudice comparuerit, & se iudicio obrulerit; tunc citationis expensas evitabit, ut voluit *Abb. in c. cum dilecti in ultimis verbis x. d. dolo & contumacia.* An autem ille, qui primo citatus non comparuit, ad expensas, quas adversarius in itinere fecit, teneatur, quaerunt Dd: Non tenei certum est, quia ad illas tantum tenetur, quae factae sunt, cum verè contumax esset; Inquit *Ioan. Andr. in c. cum dilecti x. d. dolo & contumac.* Sed quis nescit dicit *Asin.*



Afin. in cit l. Baldum asserere, quod contumax reficere debeat non solum eas expensas litis, quas adversarius fecit in Advocatos & Procuratores, sed omnia etiam damna rerum suarum, quæ actor in rebus suis passus est, ex quo reus non paruit, allegatur *Gloss. not. in l. unicam §. fin. Gloss. I. & ibi sequentes Bartolus, Bald. & alii ff. si quis jus dicenti non obtem.* quod alii ita simpliciter asserunt, ut ne quidem velint, deducendas esse expensas, quas actor fecisset domi suæ *Matth. Afflict. in constitut. Accusat. in 6. not.* ubi plura deducit. *Vid. Ioan. Andr. in cap. statutum §. insuper, in verbo moderatas de rescript. in 6.*

X I. Jam devenio ad causas, quæ litigantem à temeritate excusant, vel præsumptionem juris pro litigante inducunt, illum temerè non litigasse, liberumque faciunt ab expensarum solutione. *Vmm. disp. 22. th. §. Gail. 1. Obs. 152. Brunnem. d. process. c. 28.* Quæ verò sint tales, cum certâ regulâ comprehendi non possit, ideò officio judicis hoc committimus *arg. l. 1. §. 2. ff. d. jur. deliber.* Nam quis tandem omnes causas, quibus à refusione sumptuum victus excusetur, recensere possit? inquit *Carpzov. in proc. jur. tit. 24. art. 1. n. 71.* Varii tamen casus à Dd. recensentur, quibus justam litigandi causam quis dicitur habuisse; quorum nonnullos ex Dd. referam I. Si victus Doctoris legalis, multò magis si plurium pro se consilium habeat *Afin. c. 2. p. 679. & p. 680. lim. 3. Fransk. ad tit. d. O. 1. n. ult.* II. Si adversarius propter juramentum suppletorium præstitum vicit *Ant. Fab. 19. err. pragmat. 7.* III. Si testes producti ex defectu personæ reprobari sint *Menoch. cas. 19. n. 7.* quò refero si testes extra judicium jactaverunt, se in favorem victi deposituros *Men. n. 11.* IV. Siquis semi-

C

ple.



plenè probavit *Asin. d. l. p. 681. lim. V.* ubi allegat Canonistam in *c. finem litibus x. de dolo & contumac. V.* Si viri fide digni rem ita se habere dixerunt; Nam quod vir notabilis dicit, justam credulitatem inducit *Bart. in l. fin. ff. d. hered. instit. Asin. p. 682. lin. 8.* VI. Quando petit actor plus debitò, ut puta si centum & quinquaginta petat, reus v. totum neget debitum; Actor deinde in parte sibi debitâ sc. centum obtinet, in aliis quinquaginta succumbit; tunc victus nullâ ex parte ad expensas condemnari debet, *Salycet. in l. properandum. C. d. judic.* VII. Si succumbens ex jussu superioris litem movit *Menoch. cas. 177. n. 16.* Ita etiam Fiscalis non facilè injuriarum tenetur, nec ad expensas condemnandus, si aliquem criminis accuset *arg. l. 13. C. d. advoc. fisco.* VIII. Magna & spectata fides litigantis, item religio singularis alicujus Viri interdum pro justâ causâ litigandi habetur *Andr. Barbat. in rubric. x. d. fide instrum. column. 38. in pr. & Consil. 3. Clarissimi Dei column. 16. post pr. lib. 2.* IX. Si reus prius extra judicium non interpellatus, statim ac in jus vocatus est, solutionem obtulit, ad nullas expensas tenetur, nequidem si cautio diceret, debitum sine omni expensa solutum iri *Zaf. in l. 13. C. d. judic. n. 16.* X. Si victor instrumentum, debiti justo tempore non produxit, imò, si quis dolo instrumentum, quod litis decisivum est (ad defatigandum in expensis adversarium) distulerit, etiamsi obtineat, ipse in expensas condemnandus est *Ioh. in l. properandum §. fin. autem n. 12. C. d. judic. Vmm. d. l. eb. 8. n. 31.* plures casus & causas vide apud *Asin. §. 32. lim. V. VI. & seqq. Vmm. alleg. loc.*

XII. Quidam putant immunem à refusione expen-



pensarum eum, qui juramentum calumniæ præstitit, *Hieron. de Cavallos in specul. aur. quæst. 448. Carpzov. in process. jur. tit. 24. art. 1. n. 55.* rationem addunt, quòd justa præsumatur adesse litigandi causa, si quis de calumniâ juraverit, ratio rationis est, quia nemo præsumitur immemor propriæ salutis. Contrariam sententiam probat *Covarruv. in pract. quæst. 27. n. 2. & Menoch. lib. 5. præsum. pt. 25. n. 4.* quia ex priori sequeretur, quòd, cùm jure civili omnes jurent de Calumniâ *Auth. Hoc sacramentum C. de jurejur. propter calumna.* omnes quoque absolvendi essent ab expensis, & ita colligit *Berlichius part. 1. concl. 54. n. 43. & Papiens. in prax. aur. lit. 2. gloss. 25. n. 12.* Priorem sententiâ probat *Carpz. I. P. R. S. P. I. C. 31. d. 33.* Quæ de praxi verior est ubi adducit duo præjudicia. Illud notandum est, justam causam aliàs in victo non præsumi *Menoch. 2. præf. 87. n. 1.* quod faciliùs in auctore, quàm reo admitto, is enim, si causâ cadat, semper videtur temerè litigasse, quòd litigaverit re priùs non benè deliberatâ *arg. l. 42. d. R. I.* De reo aliud est, qui non debet jus suum indefensum relinquere, nisi intelligat se non habere justam causam *l. illud d. petit. hered. Ubi v. justa causa adest, etiam excusat in eo casu, quo statuto caveatur, victum in expensas condemnandum, uti statuit Farinac. in prax. Crim. lib. 1. tit. 2. quæst. 16. n. 73. Gilken. in l. 13. §. sive a. alterutra n. 37.* Statuta disponentia super iis, de quibus disponit jus commune, explicanda sunt secundùm jus commune, non a. contra illud *c. cum dilectus. §. ceterium x. d. consuet.* Nec tanti momenti videtur, quod opponunt, statuta tum esse frustratoria, si nihil singulare introducant, quod amplectitur *Hunn. in Eucyclop. jur. part. 2. tit. 22. c. 4. n. 45.* Ubi plures allegat per eandem rationem,



nem, quod statutorum sit peculiari effectus, sc. ut aliquid addant ultra jus commune, ne nullius sint operationis vid, *c. 2. d. prabend. in 6.* Quod indistinctè non est verum, quia statuta juri communi non semper derogant, sed tantùm explicant, imprimis si æquitas non obscura muniat jus commune, ut in præsentî casu. *Vid. Asin. all. loc. §. 32. c. 2. lim. 3.* Ubi dicit, statutum esse ita explicandum, ne absurditas sequatur; jam verò ita Statutum ejusm. intelligere, ut victus victori, etiamsi justam causam litigandi habeat, in expensas condemnetur, absurdum esset, quia hoc modo jus suum indefensum relinquere cogeretur contra ea, quæ habentur *in l. illud in pr. d. heredit. petit.* Ergò talis interpretatio admittenda non est.

XII I. Sequitur juris remedium, quo litis expensas petimus, quod vel est actio, vel simplex judicis imploratio. Jure actionis petuntur, si alter alteri promiserit expensas se restitutum, si victus in judicio fuerit: quo casu licet victus litigandi causam justam habuerit, in expensas tamen victori tenetur *Bocer. disp. 30. n. 49. Asin. §. 32. c. 33. n. 1.* Et quidem Victor eas petit actione ex stipulatu, si per stipulationem fuerint promissæ, vel refert utrum durante, an finito judicio petantur, quia proveniunt ex actione, ubi pro regula traditur à Dd. Expensas, quæ speciali actione veniunt, etiam finito judicio peti posse *p. l. si mulieris s. d. legat. §.* Idem tradunt, quando statuto caveatur, Victum victori in expensas condemnari debere *Lanfr. d. c. ult. n. 1.* quod tamen tunc demùm admittendum est, quando constat id statuto actum esse, ut superexpensis specialis obligatio induceretur, quæ de jure communi non fuit antea introducta *l. un. d. condict. ex lege. Vmm. disp. 22. th.*



22. *th. 9. n. 32.* Deinde si super expensis lata sit sententia, expensæ quoque actione judicati rectè petuntur. *l. 4. C. d. fruct. & lit. expens.* nisi à sententiâ appellatum, quia sententia tunc non abit in rem judicatam, *Asin. d. c. 32. n. alt.* iudicis imploratione regulariter peti debent expensæ *l. 3. d. fruct. & lit. expens.* quæ si omittatur, de jure civili iudici nihil quicquam imputari potest, si victum in expensas non condemnet *l. 4. §. 8. ff. d. damn. infect.* Aliter se res habet, si petitiæ sunt expensæ, tunc enim iudex teneretur victum in expensas condemnare, idque si facere neglexerit, parti tenebitur *l. 13. §. 6. l. 15. vers. si hoc prætermiserint C. d. judic. & Victor rectè appellat Lanfranc. in repet. C. quoniam contra Verb. expens. n. 10. vers. juxta præmissa quæro Guid. Pap. decis. 426. quæst. 55. n. 62.* Dicuntur expensæ petitiæ, si libello adjectæ sint clausulæ salutares, puta, peto mihi jus & justiciam administrari: Item, omni meliori modo &c. sic enim censetur implorasse officium iudicis, tam super principali, quàm super accessoriis *arg. l. ult. C. d. fruct. & lit. expens.* post latam sententiam in causa principali Victor non potest petere expensas, quia non ex conventionem, sed tantum officio iudicis debitæ fuerunt *l. 3. C. d. fruct. & lit. expens.* Et officio iudicis locus non datur finitâ jam lite, cum ex eo tempore, quo sententiam definitivam tulit, Iudex esse desierit *l. 55. ff. d. rejudic. l. 8. ff. d. & quod cert. loc.* itaq; quando Victor sententiæ iudicis acquieverit, nec per appellationem aut Leuterationem à viribus judicatæ suspenderit, vix ei nomine expensarum adversus iudicem datur remedium *Carpzov. l. P. R. S. p. 1. C. 31. def. 21. Vid. Vmm. d. n. 35.* qui dicit; Si victor ob intermissam super expensis condemnationem contra iudicem agere velit,

C 3

tunc



tunc potest ab ista sententiâ provocare, quod sub distinctione admittitur.

XI V. In expensas condemnat tam iudex secundæ, quam primæ instantiæ *Clezel. intr. d. appellat. c. 6. n. 3. 4.* & quidem iudex secundæ instantiæ, licet pronunciataverit appellationem non devolutam aut desertam, nihilominus in expensas condemnare potest *Clezel. d. l. n. 329. Ord. Cam. part. 3. tit. §. Wo aber.* & unâ sententiâ pronuntiate appellationem desertam & appellantem in expensas condemnare. *Grav. concl. 137. consid. I. n. 4. vide Bocer. Vmm. aliosque cit. loc.* Quod si verò iudex expensarum condemnationem omiserit in sententia desertionis, ex intervallo ad instantiam partis adversæ, condemnatio expensarum, quæ factæ sunt in desertionem, fieri potest, quia petuntur jure actionis *ex c. reprehensibilis x. d. appellat.* An autem iudex appellationis, desertâ appellatione, in pœnas temerè litigantis, appellantem condemnare possit? negativam defendo, quia deficiente jurisdictione, de meritis cognoscere non potest: sententia enim à quâ in rem iudicatam transit in *c. personis d. appellat. c. reprehensibilis eod. meminit Gail. O. 137. in fin.* semel contrarium in Camera observatum fuisse *per text. in c. super eod. d. crim. fals.* Vid. *Gail. 1. Obs. 34. n. 5.* Quamvis pars non petierit, iudex tamen victum condemnare potest in expensas sc. *ex officio l. 15. C. d. jud. l. 8. ff. d. adit. ed.* & ita quoque statutum est *ordin. princ. jud. El. Saxon. tit. 36. §.* So wollen wir vers. da es auch gleich [continuatur] nicht gebeten wârde/ doch zu der Richter Ermässigung stehen soll: Ob sie nach Befindung auff die Expens erkennen wollen. Quia pertinet ad officium iudicis, reprimere malitiam litigantium



tium etiam si non sit requisitum, quod fit per adjudicationem expensarum, quæ si intermittatur, dantur fomenta detestabilis jurgii, cum improbi vincantur illæsi. *Heimins. tom. 3. con. 5. p. 108. Gædd. in l. 22. n. 17. d. V.S. Carpzov. I.R.S.p.1. C. 31. d. 20.* Sub nomen expensarum veniunt hic loci tantum necessariae *Lafr. d. cap. ult. n. 18. & Dd. comm.* Nam si quæ aliæ fuerint factæ, cum illæ ex liberâ expendentis voluntate processerint, apparet, earum rationem in supputandis expensis habendam non esse *arg. l. 25. inf. inf. d. pign. ast.* Quid, si Victor damnum passus sit, an sub restitutionem veniat? *Vinnius* putat omne damnum Victori à victo resarciendum esse, quod quidem culpâ Victi victori obvenit. *arg. l. 5. ad L. Aquil.* quæ sententia sano sensu intellecta, non videtur improbabilis aut absurda *Vid. Tessaur. decis. 67. n. 4.* Non est necesse, ut iudex super expensis ferat sententiam sub certâ & determinatâ quantitate, sed sufficit sub indeterminatâ proferri; veluti condemnatio te in expensas præsentis litis, quas fecit adversarius tuus, vel quas probaverit se fecisse *l. 3. C. d. fruct. & lit. expens. Papiens. tit. 2. Gloss. 25. n. 16.* Quæritur hic loci, an iudex possit condemnandi in expensas potestatem sibi reservare? Quod nego cum *Papiens. d. l. n. 17.* licet earum taxationem reservare sibi possit *Perez. in Cod. ad tit. d. fruct. & lit. expens.* Quod & plerumque fieri solet, quamvis interdum in ipsâ sententiâ quantitas expensarum restituendarum determinetur. *Vid. Magenhorst. ad Ordin. Cam. part. 3. lit. 50.* Est ergo aliud reservare sibi condemnationem in expensas, aliud reservare sibi taxationem expensarum; cum taxatio fluat ex priori sententiâ, in quâ iam mentio facta fuit expensarum. *Perez. in Cod. d. fruct. & lit. expens. n. 6. in fin.*



XV. Quæcunque jam dicta sunt de iudice, eadem de arbitro dicere licet, ita ut regula, quæ victus Victori in expensas condemnandus, non tantum in iudicio, sed etiam in compromisso procedat, quia arbitria ad similitudinem iudiciorum sunt redacta. *l. i. ff. d. recept. arbitr. Berlich. p. 1. Concl. 54. n. 3* Nisi quod de delegato & arbitro notet *Lanfrancus d. c. ult. n. 9* quod isti post condemnationem factam taxare nequeant, tanquam quorum officium condemnatione exspiraverit. Quod limitat *Papiens. d. gl. 25. n. 19* in delegato qui sibi potestatem taxandi reservavit & insuper sententiam exequendi potestatem habet; Deinde etiam in eo arbitro, cui compromisso potestas taxandi data est. Verum sententia *Wesenbecii* verior est, qui simpliciter asserit, tam arbitrum, quam delegatum post sententiam latam expensas taxare posse, præterquam si nominatim apparet, delegationem & compromissum potestatem illis taxandi auferre. De executore dubitant *Dd.* an taxare possit? negat *id Afm. §. 32. c. 18.* distinctione rem componemus, vel sunt expensæ factæ in processum, vel post in ipsam executionem, illas executor taxare nequit, has potest. *Vmm. d. l. n. 38.* priusquam iudex (sive sit ordinarius sive delegatus) vel arbiter, taxare possit expensas, Victor eas omnes describat necesse est, descriptasque iudici offerat. *Specul. d. expens. §. 1. in pr. & deinde designationem ad monetam usitatam redigere; Quod vocant Dd. expensas liquidare s. designare; veluti in Camera expensæ rediguntur ad monetam imperialem, puta florenos & crucigeros ibi usitados per communia Camera decreta de anno 1585. die 23. Augusti und dies selbe auff keine andere Münze/ denn Rheinische Gulden und Kreuz*



Kreuzer richten sollen & de anno 1593. die 13. Decembr. S. 4. ibi in allen liquidationibus und designationibus Geld betreffend/ der Aufschlag jederzeit auff Reichs-Münze gerichtet. Vid. *Blum. proc. Cam. Tit. 75. n. 48. & Vvehner. in Obser. pract. vocab. Expens. p. mihi 132.* ubi dicit, quod taxatione laborum Cancellariæ aut literarum sententiæ (in Urtheil Briefen) computentur 63. cruciferi pro floreno, eaque computatio appelletur die Cankelen-Tor. Exotica monetæ Vocabula iudicem circa taxationem dubium reddunt, propterea certa æstimatio super pecuniis ignotis fieri non potest, & per consequens talis designatio rejicienda. Accipiuntur tamen in Camerâ die Böhmiſche Kreuzer/ die Francken und Silber-Krohnen & non ita accuratè differentia monetarum observatur dicit *Vvehn. cit. l.*

XVI. Designatas expensas iudex victo communicat, qui aut verbaliter, aut in scriptis contra eas excipit, Victor de in replicando & Victus duplicando in hoc articulo concludunt, & taxandam designationem iudici committunt. *Bocer. class. 6. disp. 30. th. 58. Noe Meurer in Cammergerichts Process: part. 9. p. 227.* Hic est notandum, quod ex communi Cameræ decreto de anno 1595. die 13. Decembr Victor sine ponderosis causis ad replicandum non sit admittendus. Factâ conclusionem iudex moderatur expensas, & quamvis non tantum judiciales, sed etiã extrajudiciales restitui debeant, uti mercedes nuntiorum, vectorum, itineris, vel sumptus in hospitio ab Advocato & Procuratore facti; attamen videat iudex, ut moderatus sit in adjudicatione & taxatione sumptuum in diversoriis pro victo factorum, cum sæpius litigantes in diversoriis lautius quam

D

pro



pro conditione sui se tractari patiantur & plures secum ducant comites atque equos non sine magno adversæ partis gravamine, id si fiat, circumstantias etiam minutissimas, iudex perpendat, & quantum fieri potest, ventris sumptus supprimat. *Cirp2. l. F. p. 1. C. 31. def. 7.* Advocatorum & procuratorum opera labores atque scripta etiam in taxationem veniunt, ubi in Camerâ Advocati & Procuratores ante taxam expensarum sub poenâ 20. florenorum iudicare debent, quidnam à partibus ad istam causam pro arthâ & salario acceperint *O. C. t. 52. §. 8. Blum. tit 57. §. 51.* porro, peculiariter dispositum est in *O. C.* quod iudex & Assessores in causis decisis singularē diligentiam adhibeant, ut expensæ properè taxentur, quò litigantes taxam expensarum solutionem minori sumptu & uno executoriali consequantur, latæque definitivæ mature executio fiat.

XVII. Victor jurabat olim ante taxatas expensas, se tantum expendisse, ac postea iudex juratas taxabat & æstimabat *l. 15. C. de iudic.* Hodiè aliud sancitum est, quò via perjurii obstruatur in *authent. post iusjurandum C. d. iudic. Nov. 82. c. 10.* Illudque iuramentum expensarum vocatur ein Eid die Gerichtskosten damit zu erhalten / quod cum taxata summa unâ sententiâ in Camerâ decernitur h. m. Schwöre N. ein Eid zu G D E / daß Er in dieser Sache N. st. N. Kr. darob und nicht darunter Gerichtskosten aufgegeben und erlitten hab / daß ihm alsdann der N. solche Summe entrichten und bezahlen solle. Quòd si pars nolit, jurare cautela est, perat sine iuramento taxari, quod in modicâ summâ conceditur (dicunt Dd.) & parti victrici bey seinen Ehren und guten Glauben assenti



renti citra juramentum expensæ adjudicantur *Gail. 1. Obs. 15. n. 12.* Quod fortè admitti potest, ubi expensæ minimæ fuerint ad florenum unum aut alterum ascendentes. Aliàs de jure novissimo Camerali certum est, quod super expensis 20. florenis minoribus jurandum sit *Devis tit. jur. Cam. 137. n. ult. Rec. deputat. de Anno 1600. s. obwol 66.* Regulariter ergò juramento demonstrantur expensæ, nullâ distinctione inter magnas & modicas adhibitâ *l. 15. cum auth. seq. post jusjurandum C. d. judic. Nov. 82. c. 10.* Quærent Dd. si reus convenit in instrumento obligationis stare super expensis simplici dicto actoris, an sine prævio juramento debeat expensas solvere? Respondent nonnulli, quod promissione simplici non obstante, antequam juretur, promissio revocari possit *arg. l. si quis jusjur. C. d. reb. credit. si v. antequam revocetur fortasse juratum esset, quod tum reductio ab arbitrio boni viri peti possit. L. si libertus ff. d. oper. libert.* Ergò indistinctè dico, promissionem non esse validam sive sit jurata, sive non jurata in tantum ut stetur super simplici dicto & assertione victoris, sed semper concederem hoc in casu arbitrium boni viri. *Anton. Hering. d. fidejuss. c. 62. n. 75. & seqq. ne materiam darem delinquendi & victum nimis gravandi contra l. 5. ff. d. pact. dotal.* Aliud fortassis dicendum, si conventum esset, ut Vincendus staret assertionem juratâ Victuri propter *l. 17. ff. de jurejur.*

XII X. Quid, si judex viderit se iniquè taxasse expensas, poterit ne ipse hanc iniquam taxationem revocare & corrigere? Respondet *Papiens. d. l. tit. 2. gloss. 25. n. 22.* affirmativè *arg. l. 14. ff. d. rejudic. & additrationem, quoniam talis taxatio succipit vim cujusdam interlocutoria & ita quoque sentit *Sichard. ad L. proferendum 13. S. sua a. al.**



terutra 6. n. 16. C. d. judic. Quod, si quærat de expensis non petitis, an per illum diem peti possunt, quo iudex tulit sententiã? videtur dicendũ esse, quod non possint, quia latã sententiã iudicis officium etiam quoad expensas expirat *l. terminato C. d. fruct. & lit. expens. Gail. I. Obs. 151. n. 22.* Iudex vel adjudicat vel compensat expensas *Sichard. ad L. properandum §. si ve autem alterutra d. judic. n. 17.* Compensare solet iudex si unus in uno, & alius in alio, vel etiam in uno eodemque capitulo pro parte obtinuit unus & pro parte succumbit; mutua debet fieri compensatio, quod intelligendum est, quando taxatio expensarum facta fuit per iudicem ad instantiam utriusque partis in singulis capitulis, in quibus quilibet obtinuit sententiã & victoriã, & si expensæ sint æquales, secus autẽ ubi alter fuerit sollicitus ad hoc, ut pro parte suã taxentur expensæ & alter ita fuisset negligens, ut non curet expensas taxari, tunc ille qui fuit, vigilans curavitque expensas taxari, eas habebit, alter non eũ liquidum cum illiquido nõ compensetur. *l. fin. C. d. Compens. Vid. singularia Dd. Vol. in sing. Matth. Mathesil. 3. in annot. num. 4.* Est extra dubitationis aleam positum, quod iudex de jure communi expensas compensaturus causam (quare debeant compensari) in sententiã exprimere non teneatur. Quod in Camerã & in plurimis judiciis observatur, ubi generalibus verbis solet fieri compensatio h. m. die *Gerichtskosten deshalb auffgelauffen aus bewegenden Ursachen gegeneinander compensirend und vergleichend.* Huc pertinet textus in *c. sicut nobis §. fin. x. de sent. & re judic.* reperiuntur Casus, in quibus quoque causæ in sententiã (quoad expensas) sunt exprimendæ, quas videre licet apud *Felin.*



Felin. in c. quoad consultationem n. 1. in fin. d. re judic. & Dd. in d. l. properandum §. illud. procul dubio C. de judic. Plura addere nec temporis, nec instituti ratio permittit.

De

Jure Naturæ & Gentium.

THES. I.

Quanquam omnis inter homines societas juris & imperii vinculo contineatur, non tamen utilitas ab eâ adeò removeri debet, ut societas absque omni utilitate, aut sit, constituta aut constitui debeat; juri enim sociali accedit utilitas; voluitque naturæ Autor nos singulos infirmos esse & multarum rerum ad vitam rectè ducendam egentes, quo magis ad colendam societatem raperemur. *Grot. de I. B. & P. in prolegom.* Igitur ad defectum mutua indigentia, quam natura machinata est, explendum, modumque societati naturaliter expetitæ imponendum jure ac ordine opus est. *Arist. 1. pol. 1. & 2.* Bruta quidem (quæ juris sunt incapacia) ad societatem naturali instinctu feruntur, nec semper sine ordine, qui in apum examinibus admirabilis apparet, societas tamen illa sic ordinata est, ut naturæ non rationali conveniat; in societate hominum alius ascendendum est & quò ducit ratio sive appetitus societatis non qualiscunq;, sed tranquillæ & pro suo intellectu modo ordinatæ cum his, qui sui sunt generis. Natura inquit Cicero vi rationis hominem conciliat homini & ad orationis & ad vitæ societatem. Ergò ex appetitu societatis excellenti & judicio rectæ rationis naturæ humanæ convenientia aut repugnantia designantis, adeoque voluntate divinâ tum naturæ inscriptâ, tum in decalogo repetitâ, atque in scripturis abundè declaratâ proficisci jus naturæ rectè asserit *Grotius de I. B. & P. in prolegom.* Hominum societas (cujus fontem, originem, principium *Grotius* fecit appetitum, vel si mavis hoc juri naturali fundamentum substravit: Ita
si fini-



si fingeretur status hominum extra societatem, ille nec humanus esset, nec naturalis.) in magnam molem excrescit, quando eam Cicero *lib. 1. d. offic.* è primis & simplicibus societatibus per incrementorum gradus ad civitatem totius humani generis, quæ cum sit societas universalis jus naturale asserimus contra Carneadem. Nulla n. communitas sine jure conservari potest, quod memorabili latronum exemplo probat Aristoteles & *Chrysost. in c. 4. Ephes.* Certè & illa quæ genus humanum aut populos complures colligat, jure indiget. Sicuti v. civitatem unius populi aut imperii demonstrat, commendat ac penè constituit natura, regit aut em lex civilis sive imperium humanum; Ita societatem humani generis demonstrat, commendat, constituit regitque lex naturæ, quam Grotius definit per dictatum rectæ rationis indicans auctori ex ejus convenientiâ aut disconvenientiâ cum ipsâ naturâ rationali inesse moralem turpitudinem, aut necessitatem moralem, ac consequenter ab autore naturæ Deo talem actum aut vetari aut præcipi. Ego definio legem naturæ cum Guilielmo Grotio, *d. princ. 1. N. c. 1. n. 10.* quod sit lex, quam Deus, ut naturæ autor, omnium mortalium cordibus inlevit, ad discernendum honestum à turpi, illud jubens hoc vetans.

I I. Deus naturæ autor jus illud sociale omnium hominum cordibus (vel potius animæ) inlevit non modò humano generi in suâ latitudine, sed singulis individuis; Inde rectè innata vis non autem opinio. Nulla quoque juris ratio datur nisi per imperium & rationem, ideoque juris naturalis rationem sine imperio & indicatione supremi Numinis in dictamine rectæ rationis & per illud nullam esse dicit *Bœcler. ad Grot. in prefat. p. 7.* quod & confirmat Cicero *d. LL. lib. 2. ubi* inquit: *Nec si regnante Tarquinio nulla erat Romæ scripta lex de stupris, ideoquè non contra illum legem sempiterna vis. Tarquinium vim Lucretia Tricipitini filia attulit. Erat enim ratio profecta à rerum naturâ & ad rectè faciendum impellens, & à delicto avocans, qua non tum demum incipit lex esse, cum scripta est. Sed cum orta est orta a. simul est cum mente divinâ, quamobrem lex vera atque princeps apta ad jubens.*



jubendum & vetandum ratio est recta summi jovis. Deus jura sua non per sonitum tubæ, Campanæ aut aliud instrumentum s. per vocem hominum, ut sit in humanis legibus, publicavit; aut in lapidibus & tabulis consignavit, d. nobis ipsis inscripsit, unde venit illud Apostoli in Ep. ad Rom. c. I. Λογισμος καταγορων και απολογεμεν. Dicit Philo Judæus; Lex mentiri nescia, est recta ratio, qua Lex non ab hoc, aut illo mortali mortalis, non in Chartis, aut columnis sed corrumpi nescia, quippe ab immortalis naturâ insculpta in immortalis intellectu. Quoniam autem jus naturæ legem appellamus, non sufficit notitia boni & mali, nisi illud jubeat hoc vetet & ita duo hæc conjuncta in jure deprehendimus, τὸ illuminare intellectum & τὸ obligare conscientiam, Est enim recta ratio mensque sapientis ad jubendum & deterrendum idonea *Cic. d. LL. lib. 2.*

III. Adquæ se extendit Obligatio juris naturæ ea penè omnia decalogo nostro continentur, quæque non tantum generaliter in sacris sunt tradita, verum etiam singulatim & specialiter explicantur propositis casibus ad captum & ratiocinium humanum accommodatis; Quò pertinet temperanter vivere, non concupiscere aliena, non peierare, quod nobis fieri nolumus alteri nonfacere, alterum non lædere, unicuique prodesse; quæ & alia ad unum Principium rectè referuntur; sc. suum cuique tribuere. Deo venerabilem Amorem super omnia; Proximo mutuum. *Math. c. 22. v. 27. 1. 2. q. 102. art. 3.* Duo sunt genera præceptorum (dicit *Thomas*) quæ conceptis verbis in Decalogo non continentur 1. Illa prima universalis & communia principia practica, qualia sunt Bonum faciendum, malum fugiendum. 2. Quæ per diligentem sapientum ratiocinationem inveniuntur rectæ rationi congruere. Ambo tamen virtualiter præceptis Decalogi insunt; prima sicut principia in conclusionibus, postrema sicut conclusiones in suis principiis. Ex quo colligo, quicquid Decalogo continetur (excepto tertio precepto :) Illud esse morale & juris naturalis, nihilque in eo extare quod non sit pernecessarium creaturæ rationali & sociali ad finem suum consequendum; Et

PCC



per consequens omnes gentes per omnia secula obligare, quæ causa est, quod à gentibus & Ethnicis intelligentioribus, quoad substantiam Decalogus non solum approbationem, sed etiam tantam Venerationem extorsit, ut prorsus existimem, Ethnicos hanc methodum unicè amplexuros fuisse, si ab ipso Deo promulgatam tabulisque comprehensam Legem naturæ credidissent. *Bæler. ad Grot. p. 4. Hugo de Roy de eo quod iustum est lib. 1. tit. 3. §. 8.* Propius ad Decalogum accedunt præcepta, quæ Rabbinis & Talmudicis Noacho & Noachidis tradita omnesque indistinctè homines obligare dicunt. 1. Non colere idola. 2. Benedicere Deum. 3. servare jus publicum. 4. Cavere ab incestu alioque nefando coitu. 5. Non fundere sanguinem humanum. 6. non rapere aliena. 7. Non tollere membrum de animali vivente. Quid de his sentiendum *Vid. Selden. de I. N. G. juxta disciplinam Hebraeorum.* Omnia denique præcepta quæ sunt nominata vel nominari possunt à Philosophis, vel sunt affirmativa vel negativa, inter quæ quoad effectum est magna differentia; Priora non ita indistinctè citra omnem temporis, loci & reliquarum circumstantiarum rationem obligant ut posteriora, quorum vis se in omnem locum & tempus extendit, inde tritum illud: Præcepta affirmantia obligant semper, sed non ad semper, negantia semper & ad semper *Guil. Grot. c. 2. n. 1.*

IV. Actus de quibus extat dictamen rectæ rationis vel sunt per se boni, vel per se mali, indeque à Deo necessariò præcepti aut vetiti, & fuit quidem obligatio ex divinâ voluntate, ita tamen ut simul ab objecto, tanquam à causâ remotâ dependeat, quod enim per se est bonum id habet bonitatem intrinsecam & à Deo non potest non præcipi & contra, quod per se est malum, intrinsecam habet turpitudinem, & à Deo non potest non prohiberi *Suarez. de legib. lib. 2. c. 6. n. 13.* Et hoc est quod Molina dicit, *Obligatio juris natura fluit ab objecto & inde sese diffundit in præceptum.* Ex quo fonte derivamus juris naturalis immutabilitatem quæ ab illo jure separari nequit. Sicut, ut bis duo non sunt quatuor ne DEUS potest facere, ita ne hoc quidem, ut quod
intra-



intrinsicâ ratione malum est, malum non sit. Nam ut esse rerum postquam sunt & quo sunt aliunde non pender, ita & proprietates, quæ esse illud necessariò consequuntur: talis autem est malitia quorundam actuum comparatorum ad naturam ratione utentem *Grot. lib. 1. c. 1. n. 10.* Dico jus naturæ esse immutabile. I. Non solum quoad principia i. e. secundum ea quæ tam clara sunt, ut sine ullo discursu oculis sensus insinuent, d. etiam quoad conclusiones ex primis illis per necessariam consequentiam deductas, ita non magis est mutabile, perturbatores Reip. esse coercendos, quàm in societate tranquillè esse vivendum. II. Jus naturæ est immutabile tam quoad præcepta affirmantia, quàm negantia, & quoad affirmantia sciendum est: Si totam naturam audire volumus, ejus dictamen s. totam *διάνοιαν* concipere debemus omnesque addere circumstantias & conditiones rei coherentes, quibus positis Lex naturalis obligare incipit: Sic jus naturæ dicit pacta esse servanda, quod cum certis conditionibus intelligendum, quæ si exprimantur, statim in homine orietur obligatio, sin demantur, non quidem mutabitur aliquid quod juris est naturalis, sed declarabitur, nunquam id juris fuisse naturalis, quia omnes conditiones necessariæ non adfuerunt *Guilielm. d. Grot. d. er. c. 3.* ex quibus præmissis deduco jus naturæ simpliciter esse immutabile, quamvis in actibus, de quibus jus naturæ constituit, imago quædam mutationis fallat incautos, cum revera non jus naturæ mutetur, sed materia ei subtrahatur; ita non erit furtum (*Calixt. in Theol. moral. d. LL.*) quod sit autoritate ejus, ad quem res ablatæ pertinent, quod certâ ratione ad magistratus summos applicari potest, ut nimirum ex causâ satis arduâ possint statuere, non manere amplius civibus circa res aliquas id juris, quod ante tuerit, si eas, eò quò debent modò, non administrant, sic à lege dominium eis auferatur, qui res suas intra longum vel longissimum tempus non curant, quod est fundamentum usucapionis *Grot. d. I. B. & P. G. 2. c. 4. & c. Boetler. ib.*

V. A Jure sociali s. naturali multis modis differt Jus gentium Germ. **Das allgemeine Völcker-Recht.** I. Jus naturæ



turæ Deum ht. autorem, jus v. gentium voluntarium homines, qui quasi communi orbis decreto constituerunt, non quod actu omnes homines convenerint, sed quod ex tacitâ voluntate inter gentes moratiores vim obligandi habeat *Grot. d. I. B. P. lib. 2. c. 1. n. 24.* II. Jus gentium non continet prima principia rectæ rationis, nec tales conclusiones, quæ ex iis per necessariam consequentiam deducuntur, sed ex voluntate omnium vel multarum Gentium vim obligandi habent, proindeque non præcipit aut prohibet ea, quæ per se & suapte naturâ, aut debita sunt aut illicita, sed vetando illicita, præcipiendo debita facit, quæ tamen omnia in jure naturæ observare non licet vid. *ib. 4.* III. Jure gentium multa licent & multa impunè fiunt, partim etiam quòd judicia coactiva suam illis auctoritatem accommodent, quæ tamen, aut exorbitant à recti regula, s. illa in jure strictè dicto s. in aliarum virtutum præcepto posita sit, aut certè omittantur sanctius & cum majori apud bonos laude *Grot. d. I. B. & P. l. 3. c. 10. n. 1.* Quo sensu in bello jure gentium multa impunè fieri possunt, quæ quantumvis vitio non careant, quoad effectus tamen pro justis habentur. Plato non incommodè dicit: *Θεὸς δέισας περὶ τῶν γένων ἀνθρώπων μὴ ἀπόλοιτο πᾶν, δωρᾶται ἀνθρώποις αἰδοῦτε καὶ δίκην ἴν εἶεν πόλεων κοσμοῦτε καὶ δέσμοι Φιλίας συνάγωγος.* IV. Jus gentium usu exigente & humanâ necessitate à gentibus est introductum, & potuerunt sine dubio gentes communi quodam consensu multa constituere, præter naturam, contra naturam nihil; Ita quoque detrahit jus gentium juri naturali, naturalem libertatem restringens: huc refertur jus legationum, quod n. Legati sint inviolabiles, est exiure gentium; Jus naturale patitur pœnas exigi, ubi reperitur delinquens, jus v. gentium legatos, & qui his similes fide publicâ veniunt excipit, quare ut rei fiant legati, est contra jus gentium *Grot. d. I. B. & P. lib. 2. c. 18. n. 4.* Præter naturam jure gentium quoque statutum est, ut infantes & furiosi dominia accipere & retinere possint personam illorum quasi sustinente humano genere, cum dominium, si solam jus naturæ spectemus, non detur nisi in eo qui ratione utitur *Leonard. Less. d. just. & jur. Grot. d. I. B. & P. lib. 2. c. 18. n. 4.*



V I. Ex supra dictis liquidò constat, jus gentium esse jus positivum, quod gentium omnium aut multarum voluntate vim obligandi accepit ad mutuam inter gentes societatem conservandam, rectè etiam dicitur jus civile latius patens, ortum habens ex voluntate hominum & quidem per rationis discursum ac rationationem multo rerum usu, variaque necessitate humanæ conditionis & statu societatis exigente. Sequitur hoc jus ex principiis rectæ rationis, sed tamen non simpliciter, non absolutè, sed suppositâ societate humanâ, & consideratis circumstantiis ac requisitis ad conservationem ejus necessariis *Hugo de Roy de eo quod justum est lib. 1. tit. 4. n. 3.* Gentes sanè necesse habuerunt jura quædam peculiariter constituere, quia humanum genus, licet in varias gentes & populos sit divisum, semper adhuc retinet unitatem quandam, quasi politicam & moralem, quam indicat naturalis Lex & præceptum mutui amoris, & nunquam societas particularis adeò est perfecta & sibi sufficiens, quin indigeat auxilio & societate aliorum, interdum ad melius esse & majorem utilitatem, interdum ob moralem necessitatem & indigentiam. Hinc populi & gentes indigent aliquo jure, quo dirigantur ad servandam hanc societatem, quod quidem magnâ ex parte fieri potest per jus naturale, non tamen in omnibus sufficienter *Suarez. de LL. lib. 2. c. 19.*

V I I. Quæritur hic loci, an jus gentium voluntarium sit lex propriè dicta? quod alii affirmant, nos negamus tali ratione & arguendo moti: Quodcunque jus non habet suum esse ab illo, penes quem est τὸ κρείον, illud propriè non est lex, Atqui jus gentiû non habet suum esse à tali E. Major ex eo patet, quod requiratur ad Legislatorem quatenus talem supremum & independens Imperium, ut sit αὐτόνομος, αὐτόδικος, αὐτοτελής. Minor nō est obscure vera, quia gentiû jura sunt pacta, & si pacta possunt dici leges, pacta quibus privati sese obligant, leges sunt dicendæ; Gentes hoc loco sunt instar privatorum, ex quo porriò sequitur hanc vel illam Gentem jus Gentium mutare non posse. Habemus exempla, dictum jus mutatum esse, non tamen ab unâ, sed à multis gentibus vel consensu formali & expresso, vel virtuali & im-



plicito, putà, si paulatim contrarium observetur *Suarez. d. tit. lib. 2. c. 20. n. 7. 8.* Sic jus servitutis & captivitatis inter Christianos est sublatum, non quod moraliter mala sit servitus, sed ob vim Christianis restitutam cognationis ejus, quam inter homines natura esse voluit. *Selden. d. mar. claus. lib. 1. c. 24. p. 177.*

IX. Pactione n statuimus modum idoneum introducendi jus gentium, aperta pactio non facile apparebit, de tacita quid sentiat Vasquius dilucidè exponit *Contr. III. lib. 2. c. 54.* ejus Verba subjungo; *Ea omnia, quae sunt juris gentium, prius fuisse juristarum civilis, sed paulatim serpsisse aut velociter transvolasse ad reliquas gentes & regiones, sicque cum primum ab uno vel altero homine vel regione inventum quid fuisset & receptum, tunc juris tantum civilis, non etiam juris gentium id esse. Verum postquam eo jure omnes omnino aut pleraque aliarum gentium, ut quisque cepisset, jam juris gentium effectum videri, jusque gentium conversum & transformatum. Quem admodum & ex adverso, si id, quod hominè juris gentium est, in desuetudinem a'ire fortè cepisset, ita ut penes unam tantum provinciam maneret, sine dubio juris gentium esse desineret, & jam juris tantum civilis esse diceretur, h. est illius civitatis vel regionis, penes quam adhuc id jus perduraret. An ejusmodi peræpocφασεις tam facilè eveniant, de eo videtur meritò dubitare Bæliad Grot. l. 1. c. 1. n. 14.* Illud a. non est satis subtile quod dicit; Miro & Archimedeo artificio op9 esse, quo evincatur & discernatur, Gentiumne juri potius, an naturali tribuendum sit, quod de jure gentium dicit hinc inde *Grot. in tr. d. l. B. & P.* Distinctione totam rem expediemus. Quæ juris gentium voluntarii dicuntur esse, non sunt unigenis, sed in duplici differentiâ. Quædam multis populis sunt communia, sed seorsim, & citra mutuam gentium inter se societatem, obligationisque communionem. Cujusmodi sunt multa quæ juris gentium vocant Jcti, uti constat ex titulis de rerum divisione & acquirendo rerum dominio. Quædam communiter ita recepta, ut habeant vim pacti inter gentes, contineantque humanarum societatum vinculum. Seldenus illud genus vocat jus gentium domesticum, propter obligationem sc. quâ teneatur tantum domesticam atque sibi singulis sine obligationis communione

civi.



civilem Ziegl. in lib. 2. Grot. d. I. B. & P. cap. 3. §. 5. Fundamentum ad quod ratio naturalis, jus gentium dicitur, respicit, est communis hominum in societate civili necessitas ac utilitas; Hæc necessitas spectat I. ad homines sigillatim consideratos, & hoc est jus, quod modò domesticum appellavimus II. ad gentes diversas, ad se invicem consideratas, & hoc est, quod verum jus Gentium dicimus.

IX. Probatur jus gentium, pari modo quo jus non scriptum civile, usu continuo & testimonio peritorum. Est n. *ἐννεμαβίς καὶ χρόνος* repertum temporis & usus. Atque in eam rem maximum nobis usum præbent illustres annalium conditores. Ita testatur Joh. Leunclav. in paratit. jur. antiq. in proleg. Turcam etiam uti Codice Justiniano in causis decidendis & Grot. in Epist. ad Gallos Ep. 156. inquit: Tam evidens denique est ejus juris sc. Romani in plerisque partibus, iis maximè, quæ ad contractus, aut damnum injuriæ datum pertinent, æquitas, ut ad quos populos Romana arma pervingere nunquam potuerunt, ut in Poloniam vicinasque gentes, eò leges Romana sine vi ullâ justitiæ suæ triumphantes pervenerint.

Ex Iure Divino.

I.

Ad Lev. 18.

AN prohibitiones graduum hic omnes sint juris naturæ, atq; haud secus constringant homines ac præcepta Decalogi? Disputant Theologi & Juri. Varii variè statuunt. Negativa defendi potest; & ita concessio, à mero jure naturæ non venire hæc interdicta i. e. non *ἀπλῶς* s. *ὅλως*, sed *κατὰ τι* s. *τινὸς ἐνεκα* esse juris naturæ, videri possunt præcepto divinæ voluntatis ivisse in vetitum. Quis enim causas certas ac naturales, curta conjugia, ita ut adhuc legibus aut moribus vetantur, illicita sint, assignabit? Qui voluerit, experiendo discet, quam id sit difficile, imò præstari non possit. Grot. d. I. B. & P. l. 2. c. 5. n. 12. ubi dicit; *Legem ne fratres sororibus miserentur, ipsi Adamo cen-*

E 3

serunt



sent datam Hebraei simul cum lege de Deo colendo, jure dicendo & c. Sed ita, ut leges illa conjugales vim suam non exsererent, nisi post multiplicatum jam satis genus humanum, quod ipsum sinefratrum & sororum nuptiis contingere nequivit. Cùm ita initio generis humani inter Adami liberos conjugia DEO placencia contracta sint (quemadmodum etiam quidam Theologi Saram Abrahami Germanam sororem fuisse volunt, quò magis inclinatur Beza in tr. d. divorciis) jure naturæ incestum inter fratrem & sororem committi dici nequit alii talem conjunctionem ad indulgentiam divinam: alii ad exceptionem legi latæ additam aut insuetam (intuitu sc. necessitatis) referunt. Voluntate Divinâ accidisse illa matrimonia non est dubitandum. Rationes illius voluntatis curiosius inquirere, fortè supra humanæ sapientiæ modum fuerit Boetius ad Grot. l. 2. c. 5. n. 13.

I I. Exemplum primi conjugii liberorum Adæ adducunt quidam ad probandum, præcepta Decalogi & Juris Naturæ esse dispensabilia, contra quod disputat Domin. Soto 2. d. iust. & jur. quest. 3. art. 8. Sanè quàm sit minus necesse constat ex jure civili, quod jure gentium i. e. jure naturæ secundario inter fratres & sorores incestum non committi probat. vid. l. ult. ff. d. riu nupt. l. 38. § si 2. ff. ad L. Jul. d. adult. Jam videbo S. Ambrosii dictum dictis contrarium in l. 6. Epist. 84. ad Paternum ubi ita scribit: *Tu copulare paras filium tuum & neptem ex filiâ, h. e. ut accipiat sororis suæ filiam, diversâ licet matre, quam socrus editam. Num quid ideo legita, quia non est prohibitum jure divino expressè? Minimè. Interdictum enim est jure natura, interdictum est lege, qua est in cordibus singulorum, interdictum est inviolabili præscriptione pietatis, titulo necessitudinis.* Quæ & qualia vera sunt, si supponatur ut verum: I. Prohibitiones graduum Lev. 18. etiam collateralium esse ejusdem ferè juris & efficacæ. II. Prohibitionem esse non tantum personarum sed etiam graduum, h. e. personas non expressè positas, si modò inæquali gradu sint cum expressis sub prohibitione contineri. Utrumque suppositum rectè negatur.

Ad Jos. 9. v. 19. 20.

I I I. Lex divina internecioni devoerat septem populos, inter



inter quos erant Gibeonitæ fingentes è regione longinquâ se venire, ut societatem eò faciliùs cum Israelitis facere possent. Quærit ex eis populus: *Fortassis in medio mei habitas, quomodo tecum paciscerer?* Nihilominus Seniores, cum Gibeonitis fœdus inveniunt & populo murmuranti respondent: *Nos juramento promissimus eis per Jehovam Deum Israelis: Ideò nunc non possumus tangerè eos.* vers. 19. Quæritur circa hæc de juramento dolo elicitò, an sic servandum? Certè dicendum videtur, quod fraus juris jurandi religioni non obstat. Quia cit. l. Seniores pro impossibili habent non servare, ad quod tamen fraude se inductos conqueruntur vers. 22. Et in quantum ex juramento obligati fuerint Israelitæ, apparet ex eo, quod ob violationem hujus ab hæredibus eorum per multas successiones, imò non verè hæredibus, gravissimam pœnam Deus sumserit *2. Sam. vers. 1. 2.* De juramenti dolo elicitis sequens est tenenda regula: Si certum est, eum, qui juravit, aliquod factum supposuisse, quod revera se ita non habeat, ac nisi illud credidisset, non fuisse juraturum, non obligabit juramentum. At si dubium sit, annon etiam sine eo idem fuisset facturum, standum erit verbis, quia simpliciter quàm maximè juramento convenit. Atque hæc refero jusjurandum quod Josuæ & primores populi Israelitici Gibeonitis è regione longinquâ se venire fingentibus dederunt. At nò inde sequebatur, Josuam & primores, si scissent ex vicinis eos esse populis, non fuisse eis parcituros. *Grot. d. l. B. & P. l. 2. c. 13. n. 4.*

Ad 1. Reg. 2. vers. 7. 9.

IV. Cùm mandans per mandatum, quod facit, ipse fecisse videatur, si David Salomoni mandatum de vindicandâ maledictione Simei eoque è medio tollendo dedit, ante tamen illi jurejurando remisit, quod videtur dicendum ex text. *2. Sam. 19. vers. 23.* vix dici potest, Davidem contra datam fidem non fecisse. Notandum est, quod ad d. loc. dicunt Junius & Tremellius, Davidem suasisse filio, ne sineret Simei circumvagari, sed ei locum certis circumscriptum limitibus assignaret, ne quid cum suis Benjamitis moliretur. Quod etiam comprobatur mandati executio à Salomone facta *v. 33. 36.* Quæ commentatio mihi non placet, David obligatus erat præstitum juramentum



ramentum servare; quia materia & verba ita concepta sunt, ut non ad Deum tantum, sed & ad hominem referri possint, itaque jus haud dubie quæsitum est Simei ex juramento, quod David, diligenter servato juramento, ei auferre noluit. Vid. *Grot. d. l. B. & p. l. 2. c. 13* Neque per verba *v. 8. & 9.* contrarium evincitur; Quoniam strictè loquendo mandatum non dedit Salomoni; sed voluit tantum, ne delictum tam horrendum impunè abiret.

Ad 1. Sam. 8. v. 11. & seqq.

V. Viderunt nostra tempora de hoc loco disputationes partim impias, partim incautas & immoderatas. Impius est in eo genere Miltonius, parùm cautus Salmasius, cujus eò tendit oratio, ut de jure licentiæ s. jure improprie dicto exaudiendum Samuelem ostendat, & tamen ex hoc jus legitimum iterum conficere satagens, non animadvertit, quam sit illa audax & præceps dictio Regibus noxia. Jacobus VI. Rex Britannia in libro *De jure libera Monarchia*, jus illud vocat exemplar, ad quod omnes Christianæ beneque constitutæ Monarchiæ confirmari debeant. Sanè, ego hoc negarem, non ex ratione vulgari, quod jus hic sumatur improprie pro consuetudine, vel pro jure quoad effectum secundum *Hug. Grot. d. l. B. & p. l. 1. c. 4. n. 3. & ad. vet. Test. p. 218.* Sed quod à statu unius Reip. non liceat ita simpliciter argumentari ad alium. Status solemus in us Reip. invenire diversitatem, tum ratione populorum, qui reguntur, tum ratione vicinarum gentium, tum etiam ratione modi, quo regens regnum acquisivit; Secundum hæc & alia variatur ratio status, si extant quædam capitulationes quibus Majestas circumscribitur, arctius quodammodo redditur Imperium *Grot. cit. lib. c. 3. n. 16. & seqq. & Dnus Conring. in notis ad Lampadium hinc inde.* Statum si considero politiæ Judaicæ, deprehendo populum pertinacem & inobedientem *d. c. v. 19.* populos vicinos sub Monarchiâ, si non sub dominatu *arg. v. 5. & 7.* Regem datum à divinâ Majestate eique concessam facultatem in populum *v. 9.* que potuisset esse finita vel ad Judæorum pœnam vel ad eorum correctionem. Accedit, quod populus Israeliticus regendi sui jus in Regem planè transcribere potuerit, nullâ juris parte retentâ *Grot. cit.*



cit. c. n. 9. Quid? quod si subditi capitula à Samuele enumerata principibus denegare velint omnia, resp. stare non possit. Decimas, tributa jus divinum approbat *Num. 18.* Principi jus competit belli & pacis; Angariarum & Parangariarum cæteraque jura Majestatis *Conring. d. Majestate Civili.* Concludo igitur, jus hinc describi Regum Hebræorum, quod genio populi Judaici ita est conveniens, ut eo Reges citra abusum & propositum tyrannidis uti potuerint. Confer *Psal. 51. 6. Prov. 16. vers. 14. & 15. Dan. 2. v. 36. 37.* vide aliter hæc explicantem *David Kimchi. Comment. I. Reg. 21. v. 10.* *Ad Matth. 27. v. 15. & concord.*

VI. Cognita satis est jure Civili abolitio criminis, quæ est generalis, vel specialis, illa fit ob diem insignem aut publicam gratulationem, vel ob rem prosperè gestam *l. 3. C. d. Episc. audient* vel in perpetuum ob publicam lætitiã, pertinet huc exemplum Constantini, qui id fecit ob natos sibi liberos Crispum & Helenam *l. 1. C. Theodos. de indulg. & lib.* Sic de tempore feriarum solennium Paschali & Natalis Christi relaxari carceratos sub fide jussione docet *Men. 2. arbit. Jud. quæst. 303. n. 38.* Hodie abolitionibus non utimur *VVissemb. ad tit. ad Scitum Turpill. th. 13.* Simile eis est jus aggratiandi s. jus concedendi veniam delinquentibus, quod competit ei, qui habet τὸ κύριον in Rep. non tamen regulariter in criminibus, quibus pœna capitalis ipso jure divino, non judæis solum, sed universo quasi generi humano dictata. *Siruv. Exerc. 21. th. 12. V. Deut. 13. v. 8. ad Hebr. 10. v. 28. Exod. 21. 12.* Contra, jura ita manifesta Judæi dimiserunt latronem & Dominum crucifixerunt ex malè observatâ consuetudine quam allegant, *v. 12.* putabant Judæi talem morem Deo gratum, quia per illum gratam liberationis memoriam è servitute Ægyptiorum recolerent. Romani conivebant, ut servitutem eò facilius judæi tolerarent *Martyr. clas. 4. commun. loc. n. 923.* *Ad Historiam Susanna.*

VII. Nolo disquirere an hoc caput sit apocryphum, an verò Canonice primo, an verò postremo loco poni debeat? Id solum Coronidis loco quæro; An Susanna nulliter condemnata fuerit? Erat adulterii convicta à testibus tot, quot lex requirit, in ore duorum vel trium consistit omne verum. Erant testes omni exceptione majores, seniores

G

niores



niores in populo, iudices populi. Non deerant suspiciones, quod amandaverat ancillas ambas, solitudinem elegerat. An ulteriorem inquisitionem de loco & aliis circumstantiis debuit excludere auctoritas & præsumpta fides testium? Quod nego, & ulterior quoque inquisitio Danielis quodammodo evincit. Quid si autem prius examen de loco institutum fuisset & testes fortuito convenissent in responso, tunc sanè absque nullitate judicialiter & legitime è innocentissima Susanna condemnata fuisset.

Corollaria ex Jure Civili, Canonico, Feudali, & Publico.

- I. **M**aritus non est Dominus dotis.
- II. Merum Imperium nec majori, nec minori magistratui jure magistratus competit.
- III. Non sunt accurati, qui dicunt computationem secundum Juri Canonicum esse accuratam, aut etiam accuratorem computatione Civili.
- IV. In Juramenti relaxatione nihil plus posse Pontificem, quam Principem omnino statuendum est.
- V. Raptoris & rapta conjugium jure Canonico subsistit.
- VI. Quod semel Deo dicatum, ad profanos usus non est transferendum.
- VII. Quilibet privatus, etiam rusticus pradium habens allodialis, illud in feudum dare & sic feudum constituere Vasallumque sibi acquirere potest.
- VIII. Investitura abusiva jura in re in alium non transfert.
- IX. Agnatus repudiata hereditate feudum retinere potest.
- X. Ex translatione Imperii facta à Carolo M. non rectè sibi Galli jura quoddam in Germaniam tribuunt.
- XI. Non sunt Politica satis periti qui putant contra nostrum Imperium non currere prescriptionem. (probare potest.)
- XII. Imperatorem esse mundi Dominum nec Barcolus, nec Baldus.
- XIII. Dubio non caret, Cui competat jura capitulationes, (in quas Imperatores jurant) conscribendi, illud verum est Principibus competere jura quoddam monendi circa capitulationes.
- XIV. Principibus protestantibus competunt jura Episcopalia, quibus in ex Instrumento Pacis non est annexum jus religionem mutandi in territorio.

F I N I S


ULB Halle 3
003 598 519




Sb

VD 17







B.I.G.

Farbkarte #13

3. *Dissertatio Juridica Praef. num. 27.*

INAUGURALIS
De
EXPENSIS
VICTORIAE ALIISQVE
VARII JURIS CAPITIBVS

1675.1.

P 486/

Quam
DEO Trinuno Clementer assistente
AUCTORITATE ET DECRETO
Magnifici, Nobilissimi & Amplissimi ICTORUM Ordinis

IN
ILLUSTRI ACADEMIA
HASSO-SCHAUMBURGICA
PRAESIDE

VIRO Nobilissimo, Amplissimo ac Consultissimo

DN. DAVIDE PESTELIO

J. U. D. Codicis & Feudorum PROFESSORE CELE-
BERRIMO, Inclytae Facultatis JURIDICAE hodie DECANO
& hujus Academiae SENIORE

Dn. Promotore & Patrono Patris instar aeternum devenerando

Pro LICENTIA

Summos utriusque juris Honores & Privilegia DOCTORALIA
consequendi

Publico Eruditorum Examine submitis

VALENTIN-WOLTER MOLANUS

In AUDITORIO ICTORVM

diebus 16. & 17. Septembr.

RINTELI, Typis Godofr. Casp. Wachter Acad. Typogr. An. 1675.

